Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1713
Quelle:
Copyright:

VI. *fol.* 72. *Sermo M. H. de H. de corpore christi.* Initium: *In sudore vltus tui vesceris pane tuo. Hoc verbum gen. 3° capitulo scriptum* &c. *Vol.* I. P. 1. *col.* 823.

VII. *fol.* 80. p. 2. *Incipit exposicio R. M. Hainrici de hassia super oracionem dominicam.* Initium: *Diuina sapientia rebus omnibus* &c. Dicata est *Ekchardo Episcopo Wormaciensi*, ut Indices utriusq. *Vol.* testantur.

VIII. *fol.* 89. p. 2. *Incipit exposicio M. H. de hassia super Aue maria;* videlicet usque ad verba: *Sancta Maria, mater Dei.* Initium: *Ave Maria. procul dubio illam sancte matris ecclesie* &c. *Vol.* I. P. 2. *col.* 2205. duabus his Expositionibus accedit Expositio Symboli Apost. quae deest in Exemplo praesenti.

IX. *fol.* 94. *Incipit speculum anime compilatum per Reuerendum M. H. de Hassia.* Initium: *Anima mea noui quod curiosa sis* &c. Alias *de Contemplatione.* Vide, quae adnotavi *Vol.* I. P. 2. *col.* 2436.

X. *fol.* 104. *Incipit tractatus de horis canonicis Reuerendi M. heinrici de hassia sacre theologie professoris.* Initium: *Ut doctorum testatur auctoritas* &c. Ad calcem adpellatur *Tractatus de distinctione horarum pro Canonicis orationibus correspondenter ad passionem christi.*

Ad calcem adscripti sunt *Casus excommunicationis soli pape reseruati ex decretalibus collecti et clementinis.*

DCCXV.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 288. f. luculente et eleganter scriptus, rubricis enotatus, et non uno loco dictus *Monasterij Sancte Dorothee in Wienna* continet I. tres Tractatus *Job. Gersonis* Cancell. *Paris.* videlicet: *Tractatum de Contemplatione*, qui in Edit. *Opp. Antverp.* (dic Amstelaed.) T. III. P. I. *col.* 399. inscribitur: *Theologia mystica practice conscripta*, et incipit: *Tractantes in lectionibus nostris iam a multo* &c. Et *fol.* 22. p. 2. *Tractatum de cautelis confessorum* in Edit. *cit.* T. II. P. 3. *col.* 446. inscriptum: *De Arte audiendi confessiones*, et incipientem: *Etsi virtus, quam assuefactio gignit* &c. Demum *fol.* 29. p. 2. *Tractatum de remedio contra recidivum in peccata*, qui legitur Edit. *cit.* T. II. P. 3. *col.* 457. hoc Initio: *Habet hoc proprium ars quelibet* &c. R. 3036

II. *fol.* 34. praemisso Capitum Indice *Incipit prologus in librum erudicionum*, adde Religiosorum, quibus praeclarum hoc Opus scripsit *Guil. Peraldus* Ord. Praed. et non *Humbertus de Romans* ejusd. Ord. licet hujus nomen Editiones aliquae, et ipsa *Bibliotheca PP. Lugd.* T. XXV. p. 665. praeferat, quin et ipse Codex noster in fronte sua, ubi tamen rasura et rescriptio manifeste adparet. Ceterum ad opus ipsum nullum Autoris nomen comparet, et *Prologus* ita orditur: *Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea*